



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Cultu Sacrosancti Cordis Dei Ac Domini Nostri Jesu Christi

Galliffet, Joseph de

Romae, M.DCCXXVI.

Zensurvermerk

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45817](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45817)

QUum sanctissimus D. N. Urbanus Papa VIII. die 13. Martii anno 1625. in S. Congregatione S. R. & universalis Inquisitionis Decretum ediderit, idemque confirmaverit die 5. Julii anno 1634. quo inhibuit imprimi libros, hominum qui sanctitate, seu martyrii fama celebres e vita migraverunt, gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcunque beneficia tanquam eorum intercessionibus a Deo accepta continentes, sine recognitione atque approbatione Ordinarii, & quæ hactenus sine ea impressa sunt, nullo modo vult censerī approbata. Idem autem sanctissimus die 5. Junii 1631. ita explicaverit, ut nimirum non admittantur elogia Sancti, vel Beati absolute, & quæ cadunt super personam, sed ea dumtaxat quæ cadunt supra mores, & opinionem: cum protestatione in principio, quod iis nulla adsit auctoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantum sit penes Authorem. Huic Decreto, ejusque confirmationi, & declarationi, qua par est observantia & reverentia insistendo, profiteor me haud alio sensu quicquid in hoc libro refero accipere, aut accipi ab ullo velle, quam quo ea solent, quæ humana dumtaxat autoritate, non autem divina Catholicæ Romanæ Ecclesiæ aut sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur; iis tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes, Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adscripsit.

Handwritten text, likely a library stamp or signature, including the name "JOHANNES DE GALIBERT" and other illegible words.

M I-